Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber VII

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

dissuasiones hectoris cassandre monitus suasiones eleni subiectiones penthei fuisset efficient ex audita esset troia.

Vaticinium cassandre.

Abstineatis quo si placet et dies uestros felices absque uexacionis molestia feliciter protrahatis. ut filius noster Paris grecie terminos non attingat. uel saltim alius quam ipse in greciam dirigatur. Ad Penthei uerba talia proferentis rumor fit maximus inter astantes cum et ei paterna uaticinia replent. et Penthei suasiones molenter inpugnent. qui. o. utinam aruisset. Nam que postea secuta sunt scandala. forsitan non fuissent. Sed quia futura discrimina ineuitabilia fata constituunt. placuit communiter omnibus. Paridem in greciam cum nauali exercitu se conferre. et sic colloquio fine dato uniusquisque recessit. Quod postquam ad Cassandre noticiam regis filie consilium fuisse peracto firmatum. Paridem debere in greciam se conferre. uelud infatuata in maximos prorupit ululatus et uocibus altis exclamans prolixe in hec uerba. Ha nobilissima troye ciuitas. Que tam dira et tam dura fata te detrahunt ut grauis sis in breui subitura pericla. et tuarum turrium alta cacumina dissoluantur. et deueniant precipite in ruinam. Ha infelix Priame quod crimini diceris commisisse ut tui et tuorum laborum mortes deflere compertius sentiures. et tu regina hecuba cur sceleri es inuoluta contagio. ut omnes uideas pertus crudeli nece succumbere. Cur non prohibes Paridem adire greciam qui tante pestis est futurus causa. et sic his clamoribus sine fine surgens ad Regem priamum se contulit. et in ymbribus lacrimarum flebiliter regem priamum amonuit. ut desisteret ab incepto. tamquam illa que in sue scientie celebribus documentis futura mala preuiderent et preuisa uocibus flebilibus diuulgabat. Sed fortune eius aduersus qui iam dederat suo cursui uolutamos instructus et motus infelices accellerabat ad exitus pessimos [illegible] ordiens. Nam si dissuasiones hectoris. Cassandre monitus suasiones Eleni. subgestiones Penthei fuissent fiducialiter exaudite. premissis durante temporibus. O nobilis et sublimis Troya uiges. Sed inexorabilia fata malorum postquam infelicia preuentura decernunt. omnia et aduersa laborum initiis repentant et insinuant preaceptis.

Liber vii de profectione Paridis in greciam cum Enea et Anthenore et de raptu Helene uxoris Menelai.

Tempus erat quod iam sol inter Iadex et phades perfecerat cursum suum quidum esset in signo tauri. mensis ille madius diuersis floribus planicies camporum ornabat et nouis uiretes frondibus arbores in fecunditate florum fructus primos promittebat.

cum paris et deyphebus a pannonie p̃ti
bꝫ redeuntes. Una milia militũ secũ
adduxerũt. qui ĩ armoꝝ exerc̃cio milita
strenuitate uigebant. ⁊ partis uigenti
duabꝫ nauĩo magnas ⁊ omĩ plenitudĩe
necessarioꝝ onustis. Rex priamus. an
thenori ⁊ Enee. quibꝫ sup relatũ ẽ nec
nõ et polidamas ipius anthenoris fili᷒
Orō mandat ⁊ p̃cepit ut cũ paride ĩ grẽciã
cum ipso nauali exercitu se accingat. qbꝫ
deuote annuentibꝫ. Idem Rex priamus
omĩbꝫ conuocatis in unũ qui deputati
fuere p̃eum in p̃dem magnũ p̃ficisci sic
illos allocut᷒ est dicens. Non est amodo
nobis opus suscepto sup nego multoꝝ
replicare sermones. cũ nobis plene sit
cognita que urgens cã meũ anxiat
animũ. quare in grẽciam decreuim᷒ nos trãs
ferre ⁊ si illa racio debuit ẽẽ potissima
illatarꝫ. s. iniuriaꝝ nobis ⁊ in uindictã
appetẽ. cum tamen p̃ponderans magis est
illa ut meã possimus exinã recuparare
sororem que sub nilio dedecore ⁊ anxio
sit in felicitate uilescat. ad quã obti
nendam omĩ deletis ociositate insurgẽ
cũ pro ea recupanda uestra indeam ar
ma mouere contra detentorẽ ipius. Sci
tis enĩ ⁊ nos ĩ iuste nos danaos offen
disse et p̃ius illos offensos nos arma

iusta capescere. Cum ei sit s͂m iusticiã oracio Regis
ignoscendũ qui p̃uocat᷒ appetit se ulcisci Priami ad re
Moneo igr̃ ut cũcti cũq; potestis deus cupandã sorori
operam uirtuose ĩ ipsa mea recupare soro
re. Nam cũ nr̃e est tps acceptũ ut p̃ro
sites meos uña p̃bitas diuulget. strẽ
nuitas uña diligent᷒ appar. q uirtuose
uiger. ĩ uobis me igr̃ sciote paratũ ut
si eruis se ingerat ad optinẽdã dijs fauẽ
tibꝫ nota uña ad requisicẽm nr̃aꝫ me
ĩ milito uobis ministrando subsidio p̃di
gaturꝫ p̃cessurũ. ut uniũsos danaos
potencia uña p̃terat ⁊ grauia coꝝ dispẽ
dia in forti uirtutis ure brachio deflere
cogamr̃. Sub huiusmodi execucõe negocij.
Pandem lxtis ĩ p̃ncipem ⁊ ductorem.
et deyphebũ secũ a pande ĩ solatio
sapientiũ. Anthenoris et Enee qui no
biscũ sũt ĩ p̃nti nego p̃fectum et finito
colloquio uniũsus exercitus naues ascẽ
dũt et paris et deyphebus ĩ licitus
a Rege obtenta licencia naues ĩtrãt.
solutis itaq; funibꝫ anchoris quelis
eleuatis ĩ altũ naues ipe ĩ noĩe deoꝝ
Jouis et ueñis ĩ altũ pellagus se offerũt
⁊ eis felici nauigacõe potitis ad sp̃sas
Ciclades applicãt. Insulis uidelꝫ roma
nie. Quas dũ uelud ignotas robusto
remige transire ostendũt nauigantes

Menelaus grecorum Rex maritus helene.

in ipsis circa grecie confinia litora insulis
in serenitate casus ei obuiam obtulit.
quandam nauim. In hac igitur naui Rex
quidam de maioribus Grecie. Menelaus
nomine nauigabat. qui a duce Nestore
tunc temporis euocatus apud pirram Ciuita
tem se cum ipso nauigio dirigebat. Erat
autem quod ipse Menelaus Regis frater habens
helenam in uxorem. Hec enim helena diebus
illis mirabili speciositate vigebat so
ror Castoris et Pollucis Regum qui tunc
in Semestre Ciuitate de eorum regno
insimul morabantur. educitus cum eis eorum
Neptem hermoniam natam ex helena
Supradicta. Greci uero dum nauem ipsam in
spexerunt. viderunt eam ab eorum obuiacione
flexo Remige declinare. et ideo nec illi
illos nec illi eos agnoscere potuerunt.
Quare troyani naues sens uentis af
flantibus salubri cursu diuerterunt. et
venerunt in quandam Insulam nomine Citha
ream. districtus grecorum que Insula Citri
us hodie a nauigantibus appellatur. In hanc
igitur Insulam Cithaream nauibus Troia
nis applicatis Troyes eius desiderabilem
portum intrarunt. et anchoris in profundum
maris iniectis dum funibus ligantur na
ues ipsas et eis tuta statione locantur in stelis
cum securis accessibus descendunt in terram

Insula Citharea

Erat autem in hac insula Citharea quoddam
templum in honore Veneris erectumque construc
tum mire pulcritudinis et diuiciis multum
plenum. cum habitatores prouincie circumia
centem gentili ritu in deam Venerem
que tunc principaliter colebatur in ipso marium
fiducia gererent. et haberent cum ueneracione
maria annalia colerent. eius festa cum
ibidem a dea ipsa sepius responsa reciperent.
deportans alea. Celebratur itaque diebus illis in
templo ipso tunc temporis festum ipsius Veneris prin
cipale propter quod infiniti de finitimis partibus illarum
Insularum se contulerant mulieres quorum ob
eorum uota cum multo gaudio in templo ipso sol
uendo quod postea innotuit. Paridi in co
mitiua militum decenter ornatus accessit ad
templum et more dardanico in templo
ipso simplicia multum cum prudencia populi tunc asti
tis ibidem de uotis omnibus oblaciones
suas in mensa auri et argenti copia immensa
prodigaliter profundit. Fuerat enim paris pul
critudine multa decorus omnes suos et etiam
alios in forma precellens quem ut aspexerunt
astantes in templo de eius pulcritudine
mirati sunt ualde et de Regiis apparatibus
quibus ipse inclitus apparebat. Quare scire
de feruore ipsum agnoscere gestiunt omnes
astantes qui sunt eius comites. Vnde
sint et specialiter quis sit Paris. Tandem.

scilicet in tribus illis. non est eis occultum ma
teria per Troyanos. Dicitur enim eis. Paridem
esse filium Regis Troye, et venisse in Greciam
in comitiva militum suorum nobilium missum
patris ut a Regibus Grecie repeteret quandam
sui patris sororem Exionam nomine quam dicti
Reges Regi Thalamoni dederunt qui
sub Laumedonta Rege Troyam depopu
lati sunt urbem. Diana igitur de audivit dea
sunt inter eos. Sed loquar fama que multo
rum aures acquirit cito, mentes iam disp
sa per partes, ad aures Helene de pulcritu
dine Paridis, ad templum Veneris accede
ntis multa relacione pervenit quod postquam
eidem innotuit Helene, nature voluntatis
desiderabilis appetitus qui mulierum animum
consuevit subdita levitate corrumpere, animum
Helene in consulta flagicia concitavit. Ut
ad ipsius festivitatis solempnia se conferret
gaudia in sua festiva et spectaculum ducere
fugiens navis. Sed o multas impudicissi
mas mulieres ad impudicos subito trahere
voluptas ludorum spectacula et locorum huiusmodi
visiones ubi iuvenes confluentes suas exer
cent illecebras et raptos animos mulierum
ex dissolucionibus gaudiorum ad sui pudoris
crimen subdita rapacitate seducunt, cum
habentes iuvenes habilitatem commodam vide
di puellas et multo forcius alia admunda

na deliramenta promotas, nunc oculis nunc
blandiciarum sermonibus nunc tactu ma
nuum nunc insignorum instinctu mulierum
animos delectari se monentes, eas sophis
matibus et dulcium fallaciarum argumentacione
concludunt. Pereat ille qui primus invenit
inter mulieres iuvenes et adolescentes
ignotos instituisse choreas que manifesta
sunt causa multi preteriti pudoris propter quas
multe earum iam pudice ad prodibundas
infestaciones enormiter deciderunt. Unde
multociens orta sunt scandala et multorum
necis causa secuta. Dicitur autem igitur adire
templa deorum et eorum celebrare festiva, quamquam
sit fas nefas, tamen evidenter apparet. Cum
sit in dissolucionibus animorum qui ad instrumentorum
sonitus et ad diversi modulaminis
cantilena corrumpuntur facilius inspicitur.
Sed tu Helena speciosissima mulier
quis te rapuit spiritus ut in absencia
viri tui tua deseres tam levi rela
cione palacia, exires et claustrum honestum
ignotum in sua que te oportebat freno
facili potuisti ut tua sui ares pudica
iemma inter Regie sceptra tue. O quam
multis adduxit ad talem iterum et reddit
et facilis ad vulgarica loca discursus.
O quam grata feminis esse debet earum domorum
firmitas et honestatis earum fines qui

mites conservare. Nunquam enim navis sentiret dis-
crimina naufragia si continue suo staret in por-
tu. In portus non navigaret aliena. Optasti ergo
tu Helena tuum exire regium et visitare Ci-
tharam ut sub pretextu voti solvendi
Venerem posses videre barbaricum et preteritu
liciti ad illicita declinares. Nam cum vi-
sio illa tui fuit quo infecta pre gratia
tota fuit. Propter quod tot demum evenerunt
dampna et diversis mortibus tot stragy ve-
nerant. Quid ultra ad consumacionem sui
desiderii iam concepti. Helena quibusdam
suis familiaribus convocatis iubet eis
parare necessaria equinos et comites eius
apud Cithaream ad templum Veneris appa-
rat se conferre. Ubi cum festum colitur
tam solempne et ubi solvere sua deside-
rat quedam vota. Non enim a Menelai
regno multum extitit. Citharea memo-
rata cum velud in eius opposito constituta ab
ipsius finibus modico freto distaret.
Nec mora equi parantur et comites et
Helena cum suis comitibus in regio appa-
ratu equo ascendens pervenit ad litus
et altiore in insulam Cithaream brevi
remige navigavit ubi tamen ab in-
colis quam ab aliis velut regina ipsius
Insule in multo honore recepta ipsa demum
cum solvendi voti Veneris templum adivit.

Nota pulcritudinem Helene

ibique suas oblaciones dee Veneris in multis et
preciosis muneribus presentavit. Quod postquam
notum Paridi factum est. Regina videlicet
Helena Menelai Regis uxore ad templum
ipsum Veneris accessisse cum multa comiti-
va suarum apparatu mirabili. Paris excellenter
ornatus pervenit in templum. Audiverat
enim fama predicante iam diu Helenam Ca-
storis et Pollucis Regum sororem in credibili
speciositate vigere. Quam ut vidit diu de
facili facibus accensus Veneris et in Veneris
templo desiderio fluctuat anxioso et
diligenter in Helenam figens intuitum
sigillatim eius membra tanto decore re-
fecta subtiliter contemplatur. Conatur enim tamen
in ea mirabili fulgore flavescere crines
multos quos nivei candoris protractum in
medio scrimine diametris equalibus di-
videbat et aurea fila hinc inde superna
subtili lege fedens coegerit in volutos.
Sub quibus subsidebat frontis lactea et
nivosa planicies ad eius singula tempora
usque distensa ubi cincinum aureorum crini-
lis pluralitate visione turgebat. Et cuius
frontis delectabilis nulla rugositas pla-
niciem sulcaverat adequatam. Conatur et
enim intuitum inde frontis extremis con-
cavalibus gemina supercilia que manu facta
sic decenter elevata flavescere ut ge-

nunos exēplata uelut arcus nō ī multa
nube pilor tenebrositatis oriende nigre
scerēt. Sz ducta moderato libramīe ge
minas distinguebat ī maiori fulgōe cir
cūferencias cilior. Mirat ig̃ cilios duor
siderū radios descēdentes quor orbes
q̃i gēmar uictrus artificiose copitu ma
gna nobilitate nō pdiga aspectib frenati
modestis stabilem cū cōstancia pmitte
bāt quos pilor ecia ī pcentute mode
ste frenabāt palpebrar habene. Mirat̃
ecia q ī illa mire pulcritudis nasi sui
lineam regularem qua maxillas diuider
ī geminas ptes equales nō multa lōgitudi
ne rigebat in ymū nec nimia breui
tate correctus supioris labij sedē ī decent
suspendebat in altū sic q nec nimia grossi
cie tumescens se in multa latitudinē dif
fūdebat diu cōpetentē uacuū t̃minū non
multa uacacōne se ingerent nec se ī nulle
aptiure patefacere uulgarēt. Mirat̃ ecia
tantā pulcritudinē faciei tanti uictorie
lates candore pfusam cui genas rose
uestiuerant mixte rosis dū nulla tēpis
uarietate roseus color ī illis ex iusto ri
gore languescē uiderēt. Sic int̃ mixto
colore niueo linear int̃ genas q labia
rursus figurare labia uidebant̃ roseā
surgente aurorā que nec multa tenui

tate uideri poterāt dulcia basia refunderē.
Sz eor dura decenti eleuacōe tumentes
intuentes ad oscula auidis aspectib in
uitabant. Sz mirat̃ dentes eburneos
pusillos qi ordine positos alui nullatenus
excedentē. Quor ordinē gingiue rosee
laudabilit̃ āplectentes uere describere
uidebant̃ lilia mixta rosis sic q tot̃
ambit̃ faciei mētū modica ī medio con
uitate sultatū forma sperica concludebat.
Diu corus sub mētu ualle modice du
plicat̃ fulgorē uidebat̃ effundere cristal
linū. Sic mirat̃ ecia ī ipsa colli colūpna
niueā pritam nitorē quē niuei splen
doris candor tenui massa pinguēdis
elleuatū pdigalitate lactea dealbabat
diu cadentē gulā ipsius linealis ordo
depingeret mirenarū. Sic mirat̃ illa
equales scapulas humili planicie sub
sidentes t̃ga plena pmittē a quib
sensus decliuus ī medio utriusq latus
graciali rotunditate rigebat. Sz mirat̃ ī
illa brachia decenti pcentitate discensu
āplexus suadere dulcissimos diu eius
man̄ modica elleuacōe pingescerent
q digitor extrema tenui pducta libra
mīe ungues eburneos pretarent. Que
brachia man̄ q digiti sereni candoris
lacteo fulgore nitebāt. Sic mirat̃

in illa lati pectoris equalitate extensam in cuius planicie duo ubera veluti duo poma surgencia acies nature quasi gemmas cacuminavit in pilas, et demum staturam eque proceritatis attendens presumpcione forte putat, et concipit esse in umbra latencia dum putet, et patencia inspicit, in eius corporis persone naturam in aliquo nullatenus deliquisse.

Summo igitur studio Paris iuxta Helenam modestie finibus non obmissis fit propior, quare dum in eius lumina figit intuitum Helena intuentis aspectus cum suorum scilicet luminum aspectibus mutua relacione represat. Placuit ei Helene forma Paridis plusque de eo preambula precedente fama, cum de eius forma ipsa sibi fuit iudex et testis asserens in corde se nunquam vidisse iuvenem similis speciei nec que tantum suo aspectui conveniret. Nunquam ergo Helena ad festiva solacia que fiebant in templo flectit intuitus, aut de aliena colloquia vertit capud. Sane inspiciendi Paridis aviditate correpta, cuius tota deprimitur ad aliud inspectura sua lumina non retorquens, quod dum Paris percepit eam sibi suis luminibus blandientem, gaudet suos radios visuales visualibus Helene radiis commiscere, et sic prurientias complacidas visiones sibi invicem consonantes omnis amoris

vehemenciam manifestat. Et dum ambo cogitant in se ipsis qualiter eorum intrinsecorum alteri sue intencionis reveleret. Ausus est Paris per internuncia signa verbis innuencia primicias exsolvere voti sui. Sed Helena tamquam tunc excussa consimilem sensit Paridis appetitum, que signa similia rependit eidem. Monet quoque nutu cum ut inter ludencium tumultus fiat magis sibi propinquus. Quod Paris omni pudoris omissa caligine sessioni Helene vicinius appropinquat. Et quod siquidem latere non omnia latenti tamen quasi summissa voce vulgatur, et sic vacantibus aliis ad ea que iocose fiebant in templo, nec advertentibus eorum insidias amatorum. Unus alteri quicquid gestiebat in animo resolutus in suspiria vocibus propalavit. Et quicquid de optimis eorum fieri deberet inter se brevi perstrinxere sermone. Quo non facto Paris ab Helena humili obtempta licencia in comitiva suorum templum exivit, quem prevenientem Helena dum potuit eum videre dulcibus est aspectibus insecuta. Procedente ergo Paride letus set amore vexatus suas pervenit ad naves, ubi confestim omnes suos maiores exercitus ad se vocari mandavit, et ipsis coactis in unum sic est eos in hiis vocibus allocutus. O viri fortissimi, omnibus notum est nobis quod de certo Priamo Regi nostro placuit nos in Greciam transmisisse, fuit enim ei totaliter

De insule Pandis ad rapiendum Helenam

intencio ut Exionam sororem ipsius nostro
studio rehaberet. Cuius obtentu si nobis impos
sibilitas interent saltem dampnificare grecos
quocumque modo possemus deberemus studium
adhibere. Ecce enim nobis Exione reuo
cacio impossibilitas facta est. cum sciamus
eam a Rege Thalamone detineri viro
utique forciori qui nobis eam restituere
non sine grauis belli conflictu concederet.
cuius amore bachatur. Nec nos sumus
in tanta quantitate potentes, ut ipsi Regi
Thalamoni preualere possemus in viribus
nec in nobis est tanta potentia, ut Ciui
tatem aliquam in grecia nobis subiugare pos
semus, tanta est in istis partibus gentis
danae plenitudo. Super est ergo ut lau
dabile dominum quod sic puto, dii nobis
offerunt in hoc loco non pretermittamus ingrati
videremus ei in hac presenti insula in qua nos
fata diis fauentibus attulere. de maioribus
grecie Ciuibus festo suadente venisse et
de melioribus mulieribus prouincie templum
veneris esse repletum. Cum inter alias sit
istius Regni Regina uxor Regis videlicet
Menelai. templum etiam in istis est diui
cius opulentum. Si irruimus in illos et il
los qui morantur in illo, si eos poterimus
captos adducere maximus erit nobis et
ditissimus prede questus. non solum personarum

ex preda captarum verum etiam rerum cum in templo
ipso multa uasa sint aurea magna sit
argenti copia. et pannorum de auratorum multa
pretendatur ubertas. Quid alibi porro dispo
nimus querere quod magis placeat nobis accep
tum dico si laudabile nobis apparet quod ue
niente noctis umbraculo omnes in arma
furtiue surgamus. Irruamus in templum
ad dispoliacionem ipsius viros et eam
mulieres existentes in illo captos nimis
adducamus ad naues Helenam quam
si captam educere poterimus apud Troiam
ex eius capcione spes certa resultat.
quod ob commutacionem ipsius de facili poterit
Rex priamus suam recuperare sororem
Videat igitur vnusquisque vestrum quid debeat
factum fieri ante quam eius quod faciendum
putamus nobis habilitas subtrahatur.
Et demum suo colloquio fine facto. multi de a
stantibus hoc faciendum improbant. et nichillo
minus plures probant. Sed postremo multo
examinato consilio ad id conuentum est euen
tum ut adueniente nocte et luna suc
lucias radios occultante armata manu
in templum irruant et exponant prede que pote
runt uniuersa. Factum est autem quod nocte sidera
publicante et ad occasum luna vergente. Tro
yani sub ipsius noctis silencio arma capi
unt et armati relictis cum nauibus in tuta

custodia armatorum subito templum intrant
et irruentes in illos hostili suspicione securos
in ore gladii inermes capiunt et captos ad-
ducunt ad naves. bona eorum queque diripiunt.
templum spoliant et universa predantur. Reginam
helenam et eius omnes comites. paris
propria manu cepit in qua nullam resistentie
contradictionem invenit. Dum enim esset eam
consensus paris quam dissensus. ducitur ergo
per paridem cum omnibus suis ad naves

Capitur helena per paridem.

et in eis ea dimissa sub fida custodia
iterum paris redit ad predam. Clamor
itaque maximus ex incarceratione captorum in-
pit noctis silencia et horum preceptione commo-
lum nec tamen quod dum captivi ex multo
igitur tumultu clamoris implent. Incolarum
autem qui in quodam castro in eminenciori
loco supra templum ipsum firmato degebant
et experge facti in vocibus eorum et aliorum qui
fuge subsidio in castrum se recepere sunt cona-
ti stupefacti surgunt. Astrati arma capi-
unt et armati rapido cursu descendentes
a castro irruunt in troyanos. Erat enim in castro
ipso miles quidam bellicosa virtute et
armorum magisterio velut edocti acriter in tro-
yanos insultant et dum resistencia ipsorum
impellunt putantes eos nec tamen de cap-
tis posse recuperare personas. Conflictus

Victum fuit magnum ex quo sequitur magna cedes

igitur maximus ex quo sequitur magna cedes

Sed troyani demum qui eos in multo precipue quia
duplo excedebant per multitudinem armatorum
suorum in ipsis impetu ipsos cogunt in fugam et eos
usque ad radices montis castri predicti in ore gla-
dii persequuntur. Sic igitur finis bello et troiani
obtenta victoria congaudentes revertuntur
ad naves. Nichil preciosum relinquentes in templo
ex eius preda multas et mirabiles divicias
quesiverunt. Ascendunt igitur naves predictas
plenas diviciis et multitudine captivorum
quorum advectorum afflatus erectis navigaci-
one prospera pervenerunt. Ita quod per dies aliquos
secundo remige navigantes die septimo ad hostiam
regni Troyani pervenerunt et civitatem castri
per sex miliaria a Troya distantis quod Tene-
don ab incolis dicebatur feliciter portum intrant
ubi iactis anchoris et navibus ipsis securis
funibus religatis gaudentes descendunt
in terram. In qua ab habitatoribus ipsius terre
a suis in honore maximo sunt recepti. Paris
itaque illico postquam descendit in terram suum
ad Regem priamum nuncium destinavit qui
statim postquam pervenit ad regem refert
illi paridem incolumem cum suis apud Te-
nedon salubriter advenisse et cuncta singula que
per paridem gesta sunt. Tamquam ille qui predictis
interfuit recitat seriatim. Ad horum igitur relacionem
Rex priamus magno perfunditur gaudio exultans
et patefactis singulis aliis Troye maiori-

bus et diuine plebi solempne festum instru-
unt diuinis. Existente uero Pandaro apud Se-
nedem, prout ibi felix applicant. Regina
Helena inter captiuos alios luctuosa et
multa ut uidebatur astantibus torquebatur
angustia dum pectus et faciem continuis flu-
uialibus lacrimis irrigaret, et singultuo-
sis uocibus Regem diuum Reges que fratres filias
Patriam notosque defleret que crebris ulu-
latibus inquieta nullo cibo aut potu po-
titur. Quod Pandarus pro molesto gerens et
graui solam Helenam humilibus cum propriis uerbis
accedit, et quia dolores eximios Hele-
ne non perducebat, non eam Pandarus ad consolacionis
spiritum reducere potuit, aut solamen uelud
iracundia motus. Aduersus Helenam Pandarus sic
in hec uerba. Quid est hoc domina quod tam
(Verba Pandari contra Helenam) cotidiano dolore continuo non quiescis quis
ille qui tot dolorosas uoces audire et tol-
lerancia diu possit cum die noctuque lamen-
tis uoces cum lacrimis an putas quod tibi pos-
sit ipsi non obesse cum persone tue non inferat de-
trimentum. Sane saturata esse debes tantis
ex lacrimis si tot gustasses continue potus
aque quot lacrimas dicens sorbuisse uelut
superflue pleno de pectore iam maneret. La-
crimis igitur tuis si placet finem impone et con-
fortacionis amodo sume quietem. Cum in
Regno patris mei nullus te possit occupa-

re defectus nec etiam eos captiuos quos tu
mandauimus habundare. Tu enim in tua ma-
gnitudine honorabilis uelut maior
omnibus subfulta delicijs, que in sublimacione
maxima uenerenda, et captiuum tuum quem
mandauimus a uinculis liberum in patris mei
Regno secure uiuere poterit, uelut in
propriis laribus habundantes. Ad hec Helena
detersis lacrimis Pandaro sic respondit. + (Responsio Regine Helene contra Pandarum ipsi Pandaro)
Scio domine uelim nolim hic necesse tuas
exequi uoluntates, cum feminea potencia
non posset preualere uiris et precipue in cap-
tiuitate detenta. Si quid ergo mi capti-
ue et alijs captiuis meum conferatur aliquam
sperare poterit talia conferens a dijs gratiam
cum afflictis compati humanitas suggerat et
dijs placeat pietates humane. Cum Pandarus (Responsio Pandari ad uerba Helene)
nobilissima domina quecumque mandaueris
infallibiliter implebuntur et eam statim per manum
accepta modica uiolencia intimata a
propria sessione leuauit ipsam secum ad lo-
cum adducens ubi in maximo apparatu multa
ordinata fuere ut ibi de singulis secre-
tius inter se conferre haberent. Cum statim
Pandarus sic dixit putas me domina si te
dij a tuis fata traxerunt et te uolue-
runt in meam peruenisse potenciam quod talis
tibi commutacio sit dampnosa ut maio-
ribus diuicijs et honoribus delicijs non

habundes. An putas Troianam provinciam
Achaye non excedere ubertates que sola
est omnibus preciosissimis opulenta? Putas
ne me regiam dignitatem tuam velle li
bidinoso cultu fedare. Sane maiori
bus diviciis affluens et honorabilibus
diviciis vitam ducens et me quem dedigna
ri non debes equalis dignitatis vel pro
cioris eciam vinculum matrimonialis
thori habens consortem in meam cum uxorem te
michi copulare propono et tecum perpetuo
vivere in sacrarum federe nupciarum. Nec tibi
putare debes horrendum si pusillum Re
gnum in quo fuisti hactenus in ampla
regna commutes. Cum troyano Regno
mixta sit Asie Regna subiecta que tibi
cum omnis subiectionis devocione pare
bunt nec amissi tui viri te debet iac
tura compungere cum michi non sit in nobilita
te filiis in strenuitate par nec in di
ligendo prorsus equalis ex amore
enim tui flamma totis affectibus incalesco.
et ab eo qui te plus diligit sperare
debes firmiter plus honoris. Cessa
igitur amodo plus dolore te a lacrimis
temperare et murmure querelarum quibus hiis
rogo ut exaudias preces meas. At illa

Verba helene dulcia nimis.

respondit a lacrimis quasi abstinere se potest
qui tanti doloris aculeis agitur? sicut

ego male deos de meis fratribus aliter sta
tuisse. Sed ex quo aliud esse non potest invitam
tuas preces admittam, cum resistere nobilitati
tue nulla sit potencia penes me. Et statim
ea prorumpente in lacrimis et singultus quos
iterum sedare sermonibus in illis est Paris
conatus studuit deservire non minus blandiciis
quam preciosis cibariis habundanter. Decurso
igitur noctis silencio adveniente diluculo
Paris Helenam regiis vestibus a Paride
sibi traditis exornatam equum mire pul
critudinis in aurea sella et aureo freno de
coratum fecit ascendere ordinatisque capta
nis in equorum multitudine versus gradus
eorum inter eos procedere in multa militum co

Qui fuerunt cum paride

mitiva. Et demum ipse Paris et Deyphebus
Anthenor Eneas et Polidamas viri nobiles
et quam plures alii nobiles equos strenu
os ascendentes Reginam Helenam in apparatu
et honore maximo comitantur et recedentes a
Tenedon lentis passibus se dirigunt versus
troyam et eis venientibus iuxta Civitatem
eandem Rex Priamus in militum nobilium comitiva
illis exivit obviam et salutatis suis et
illam vultu receptis accessit ad Helenam
quam devotis affectibus et leta fronte suscipiens
ipsi in verbis placidis humiliter se summisit. Per
venientibus igitur eis ad civitatis portam ubi mul
titudo ipsi infinita confluxerat gaudia et

Nota hymnidi(?) (marg.: festine regis Priami ex nimio gaudio) celebrans cum immensa tripudia in omni genere musicorum. Rex Priamus primo descendit ab equo et Reginam Helenam pedes habens ante eius equi sui in multitudine maiorum Troye et multa veneratione deducit. quousque in suam excelsam aulam Regiam introduxit eam. quod ultra magna sunt gaudia ob adventum Paridis consociorum qui cum eo incolumes redierunt. Illustrante vero die sequenti Rege Priamo acceptante gratanter Paris Helenam in templo Palladis duxit uxorem. obeunt rei causam universi troyani implicentur festa festis gaudia gaudiis aggregant per dies octo continuos ludis et exhillarantibus vacaverunt. Quod postquam Cassandre filie Priami Regis innotuit. Paridem Helenam sibi matrimonio nexuisse. diras prorupit in voces cum querulos ululatus potenter exclamans cum diceret. ad quid infelices Troyani gaudia ducitis de nuptiis Paridis ex quibus vobis tanta futura sunt mala per que quamplurimorum necem vestram cum uxorum deflebitis filiorum quos in conspectu parentum videbatis trucidatos et inimicorum crudelia furia videbunt in tenebris uxores. Ha sublimis troya dirus precipitatura ruinis quam in proximo subversa prebis. Ha misere matres quanto dolore vestrorum cordium claustra frangitis cum de pectoribus vestris viscera vestra crudeliter videbitis cum inebriati membra distingui.

(marg.: Dies octo continuos duraverunt festum)

(marg.: Vaticinia cio Cassandre de futuris excidiis Troye[illegible] Helena.)

Ha misera Hecuba unde tot partus educere lacrimas in natorum tuorum exitio quos scribit cum viderit evenire gladiis impiorum. Ha gens ceca que dire mortis ignara cur in violentia manum ab innoxio vestro non evellitis Helenam que cum non accelleratis vestrum interitum in vestro ante quam durus ensis accelerat. et gladius acutus vester desaeviat in cruore. Putatis ne furtum Paridis sine gravi pena que acerba vindicta posse transire per quam vobis est finale excidium preventurum. Ha infelix Helena ymo dira lena quot vobis est paritura dolores. Pollite igitur cives mihi ipsum funestum a lanibus cum dum licet morte pruitura vitare. Dum hec igitur et alia diversa continuus querelis perdicaret. Cassandra diffiniret cum ad Regis Priami moniciones nullo modo desisteret inquieta. Rex Priamus ipsam capi mandavit qui in compedibus ferreis in claustro firmavit. in quo dicitur Cassandram ipsam per multos dies fuisse detentam. Cuius que in memoria lamenta si fuisset omnibus credibiliter meditata. Troya forte minime deflevisse prectuos casus suos quorum usque nunc in longum flebiliter divulgantur audiendi nullo futuro tempore per oblivionis silentia delectandi.

(marg.: Captivacio Cassandre a Priamo pre suo preverba plana prepon[illegible] in harmonia.)

Liber · viij · de Consilio habito inter grecos de vindicando raptum Helene contra Troianos :·